

Středověk  
nejsou př  
rávní dru  
libě, živ  
vrstev n  
votního  
sanitatis  
osobám,  
Lucemb  
ní obou  
votospr  
nutné p  
tovat, i  
lovství  
té kter  
zemi p  
vším :  
Význa  
v celé  
ním s  
Te  
které  
mimo  
ta te  
zde t  
je ul  
Do  
osob  
skut  
jí se  
mox  
tosj  
rov  
nář  
v t  
vyč

nas omnes sapientes conveniunt et sunt probate a mille annis et amplius, consulo eas esse tenendas et ante oculos ponendas. Et iste sunt due medicine, quibus dominum Ludovicum utrumque electuarium contra venenum rexi et quibus hodie ipsum credo uti.

<MEDICINE REGUM>

Si propter negligenciam usus predictarum medicinarum compositarum periculum incidatur, oportet in venenis assumptis omnino expellendis et curandis ad medicinas regum transire. De quibus nunc tamen duas simplices pertractabo, que propter earum nobilissimas virtutes et admirabiles operationes et preciositatem teriacalem merito /230r/ regales nuncupantur.

<a/ Bezaar>

Quarum prima super omnes tam simplices quam compositas forcior existit et ipsa bezaar nominatur. Et Rasis loquens de eius fortitudine dixit, quod iam vidit in bezaar, quod resistit napelie,<sup>xxiv</sup> et non vidit in tyriaca magna in expulsiōne napelli magnum iuvamentum. Et secundum Rasim: *napellus est ex venenis, que sunt deteriora*. Et secundum quod scripsit Algaphi, qui: *Napellus est tiora et eius tiriaca est antora* et est secundum ipsum tiriaca mirabilis omnium venenorum. Et dicit, quod antora est philipendula, et cum aves comedant de tiora et super comedunt de anthora, statim a morte liberantur. Secundum Avicennam vero napellus est venenum perniciosum, tiriaca vero eius est minus napellii et ipse quidem est vermis, qui eo nutritur et moratur in radice napellii. Et dicit Rasis, quod vidit in bezaar desufficienciam ad auferendum nocuum et est toxicum velud id, quod non vidit in aliqua medicina simplici vel composita, ymo quod non vidit in<sup>xxv</sup> tiriacis compositis. Cum ergo bezaar superexcedit in fortitudine virtutis sue antoram maiorem napellii et teriacam magni (!) et omnem medicinam simplicem et compositam, videtur quod mundus<sup>xxvi</sup> non creavit in mundo rem naturalem forciozem ea nec intellectus humanus rem artificialem. Et ideo bezaar per quandam anthonomiam iam nominatur et ab ea alie medicine bezaarice dicuntur. Ubi advertendum est, quod secundum Avicennam bezaar et tiriaca nomina sunt medicinarum, quarum proprietates est, ut expellant fomentum venenorum.<sup>xxvii</sup>

/230v/ Et quia nomen *tiriace* magis cadit super artificiales confecciones et nomen *bezaar* super simplices naturales et proprie minerales, et quod addidit secundum *bimtari* et *azarera* hec duo <compositum est>. *Treiac*a est dictio Greca et est composita ex *treia*, ita apud Grecos *tiria* dicuntur animalia